

H. G. C. 5.

DISSE^TRAT^IO INAUGURALIS MEDICA,

CONTINENS

HÆMATOLOGIAM PHYSICO-MEDICAM,

Quam.

AUSPICE DEO PROPITIO,

Et Consensu atque Auctoritate Gratiæ Facultatis Medicæ,

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P RÆS I D E

DN. D. MICHAELE ALBERTI

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO H. T. SPÉCTATISSIMO,

Domino Patrono, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,

PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS DO
CTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

horis locoque consuetis

ANNO MDCCXXXVI. D. OCTOBR.

Publicæ ac placide Eruditorum ventilationi subjicit

R E S P O N D E N S

HENRICUS KÜNZLINUS,

VITODURO · HELVETUS.

Physiol.
259, 4.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

Physiol. VI. 7.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden



PROOEMIUM.



Ximia Sanguinis vulgo
occurrit æstimatio, ut vel ipsis
brutis illius notatu digna fami-
liaris sit inspectio & fuga, dum
varia eorum, ad mactationem
ductorum, non obscuris indi-
ciis significant, quod vulpecu-
lam æsopicam antrum Leonis, morbum simulantis,
adspicientem, meticulosam atque suspicatem exclamasse, singitur, *vestigia me terrent*: in emblemate hæc
dicta, ad rem commode applicari possunt, dum tre-
mor & stupor quidam in multis animalibus ad san-
guinis, præc. ab ejusdem speciei alio animali effusi,
adspicuum, observatur: tanto magis in hominibus,
nisi barbari, rapaces & anthropophagi fuerint, reli-
giofa & sacra Sanguinis deprehenditur consideratio:
ob id piaculum fuit, vel primis tantum labris sanguinem
degustare, juxta illud LUCANI lib. i. pharsal. nullus

A 2

semel

semel ore receptus pollutas patitur, sanguis mansuescere fau-
 ces. Unde illa sanguinolenta animalia, quasi a reli-
 quo oetu brutorum, velut rapacia, crudelia, imma-
 nia, & sæva distinguenda, & homines inhumani, fæ-
 vi, ferocias, quippe barbari & reliqua hominum' so-
 cietate excludendi censentur: ille, etiam qui mores
 humanos, aut mentem humanam immutaverant, &
 lycanthropi morales facti fuerant talique apodiriosi
 inversi & transmutati sunt, rapaces, ac sanguinis li-
 bidine ardentibus Blutgierige, Blutdürstige, vocantur,
 cuius observationis causam male CASMANNUS in Psy-
 cholog. Part. 2. c. 13. quæst. 8. p. 500. sq. in Spirituum & san-
 guinis consensum conjicit. Qualiscunque itaque hæc
 adhuc naturalis & clandestina sanguinis est venera-
 tio, talis nervus in psa notatione illius deprehendi-
 tur, dum DIETERICUS in Fatr. Hippocr. n. 15. p. m. testa-
 tur: *Succi* hujus excellentiam eleganter arguit ejus nomen
 in lingua sancta, dum præter proprium suum nomen סִכְעָד
 etiam סִכְעָן quod alias fortitudinem significat vocatur. Ap-
 pellationis rationem assignat Rabbi Abraham in Esaiam,
 quod sanguis sit fortitudo & vita hominis. Quam suc-
 cineta autem hujus nominis notatio est, tam am-
 plia atque multiplex illius significatio & interpreta-
 tio existit, ita ut in sacro ac profano, Theologico, Po-
 litico, medico &c. usu & sensu varia illius acceptio,
 interpretatio & applicatio occurrat, quæ utpluri-
 mum memorabilem nervum continet: hinc com-
 munis assertio & consultatio est, si quid rude & cru-
 dum adhuc est, ut in succum atque sanguinem con-
 vertatur: ita Basil. VALENTINI de Microcosm. & de na-
 tural.

tural. & supranatural. rebus testatur: rudimentum & nutrimentum in corpore omnium sanguis est: Quoniam itaque animalium sanguifluorum origo vitae, essentiae, existentiae & virtutis sanguinis apparitionem & motum; interitus vicissim, destruacio & corruptio sanguinis quietem, defectum & intimam resolutionem involvit, ideo in Sanguine multa posita fuisse antiquus supponebatur: hujus animadversionis testis sit RABBI LEO Mutinensis Part. 2. de ritib. Ebr. cap. 7. §. 3. dicens in Semine & Sanguine si non omnia, plurima tamen consistunt: Simile effatum profert SENNERTUS disp. de Sanguine in præfat. ex semine & sanguine parvum id videtur dictu, sed immensum æstimatione est: Nec a veritate discedere videmur, si sub sobria interpretatione asserimus, naturam cum sanguinis genesi & motu vitam exordiri, & cum sanguinis absoluta quiete vitam obsignare: testem hujus meditationis producimus HARVEJUM Lib. de generat. anim. p. 229. seq. inquit entem: *sanguis in ovo apparet, antequam corporis quicquam fabricarum conspicitur*: Hæc consideratio eximiam sanguini conciliavit æstimationem, dum homo sine illo nec fieri, nec esse, nec existere, nec conservari potest, quare in illo omnem ferme potestatem naturalem positam esse, multi firmiter & religiose sibi aliisque persuaserant; quid quod veneratio & cultus illius ampliores fecit progressus, dum non modo hic celebris humor ad ordinariam vitæ & sanitatis utilitatem necessarius judicatur, sed & ad varios arduos morbos excutiendos, sacrificii instar commendatur, de qua posteriori laude merito valet il-

IUDARETAEI *Cappadocis Lib. i. de acutorum & diuturnorum morborum causis & signis Lib. i. cap. 4.*, qui nonnullos vidit, nuper jugulati hominis vulneri phiolam subjicientes, atque inde hauustum cruentum bibentes, & indignabundus exclamavit: *o ingentem necessitatem quempiam sustinere, malum malo piaculo depellere: Ne vero brutinus, neve irrationalis, neque absconditus cultus Sanguinis in hominum mente fluctuet, interest maxime non modo physicam illius analysin & disquisitionem instituere, sed & subinde medicum eiusdem usum annotare; servata illa cautela, ne tales sanguini tribuamus qualitates, quae perverso ac confuso respectuum & causarum nexui adscribi merentur, vel plane imaginariæ & fictitiæ existunt, quibus interdum novitatibus deditus animus, ita tenaciter adhæret, ut Jovem lapidem juraret, fabulam talem veritatem esse: non difficile autem est demonstrare, quod hyperbolice commendatio illa instituta sit: In Medicis enim demonstrationibus non credenda, sed perspicuis rationibus probanda sunt, quae pro veritate assumere sobrius & sincerus requirit intellectus: quis enim illis hieroglyphicis, & ænigmaticis traditionibus de sanguine facile subscribet: haud enim allegorice & obscure de Sanguine medici differere debent, qui rerum physicarum & chymicarum gnavi, solide & perspicue de subjectis diversis tractare debent: eapropter BAGLIVUS admodum improbat lepidas assimilationes & valde distantes comparationes in studio veritatis medicæ: neque etiam nonnullæ paraphrasticæ sanguinis commendationes multum lucis*

cis & utilitatis promittunt, quando GALENUS Lib. 2. de Temperam. cap. 3. ait, quod dilectissimus naturæ sit filius, maxime proprius & domesticus sit succus: aut Lib. de curand. rat. per Sangu. miss. cap. 5. est nectar vivificum & primigenium, quo partium omnium robur recreatur, & in quo calor noster perseverantiam obtinet. Nec silentio prætereunda est antiquissima confusio cum anima & sanguine commissa, qua præstantiam hujus indicaverant quidam gentilium, ita ut animam sanguine lactari, deleactari, saginari & nutriti sibi persuaserint vid. LUCIANUS Tom. I. Opp. in Necyomant. & Charont. simile judicium in Virgili Lib. 3. æneid. v. 66. suo Commentario p. 319. fert SERVIUS inquiens: *Lacte corpus nutritus post animæ conjunctionem, & anima sine sanguine nunquam est, quo effuso illa recedit.* Quam pretiosus autem humor sanguis est, quam speciosa etiam de eodem generice conservatur æstimatio, tam clare atque distinete de illo differendum est; Quoniam itaque Sanguinis contemplatio in corpore humano vivo, ad indagationem vitæ naturalis, præsentiaæ animæ in corpore, connexionis & commercii illius cum hoc, præstantiæ virium naturalium, caloris, coloris & præc. ruboris, fani, ducit, ita negotium quod in sanguinis disquisitionem impenditur, nec otiosum, nec infructuosum erit: Barbaris licet in more positum fuerit, in fœderibus pangendis, mutuum haurire sanguinem conf. TACITUS Lib. XII. Annalium, Valer. MAXIMUS Lib. XI. Herodotus, Solinus, Pomponius Mela, Lucianus, Athenæus, Fulgosius vid. Camerarius Cent. 1. Opp. Subcif. cap. 6. Medicis tamen minus religioni ducitur, non mo-

do

do delibare sanguinem, sed & hujus curatiorem scrutationem instituere. Constituimus itaque præsenti Inaugurali Specimine succinctam HÆMATOLOGIAM PHYSICO-MEDICAM exhibere: cui labori ut Benignissimus DEUS Gratia sua præsto sit, devotissimis precibus rogamus.

§. I.

Sanguinis contemplationem suscipientes & institentes, ut tituli rationem reddamus, ne quid nimis, & ultra propositum a nobis desideretur atque urgeatur, necesse erit, ut primo SUBJECTI, deinde *prædicati* generalem præmittamus explicationem, videlicet ut *Sanguinis* notionem nominalem & realem tradamus, deinde etiam indicemus, quid de sanguine sensu positivo & privativo annotare aut magis aut minus placeat: Brevem nominis indagationem & evolutionem assumentes, significamus, quod *Sanguinis* analysis critica & etymologica discrepans apud authores inveniatur, ubi quedam derivatio & resolutio magis coacta, alia plus naturalis, libera & formæ magis conveniens videtur: MARTINUS in Lexico tit. *Sanguis* ait: ISIDORUS Lib. 4. *Sanguis* latine vocatur, quod sit suavis, unde & homines, quibus dominatur *sanguis*, dulces & blandi sunt, id vero remotius est, nam sanguinem & suavem voce conciliare velle, nimis amplum & diffusum est; omnes enim homines *sanguine* instructi, sed non *omnes suaves*, multo minus dulces, sed multi, partim *salsi*, partim *amari*, acerbi, austeri, *mordaces* &c. significatu *morali* sunt, quid quod respe-
ctu

Etu physicæ analyseos, paucissimorum hominum sanguis
 temperatus, nedum quidem dulcis & suavis existit; (quam-
 vis SENNERTUS in dissert. de Sanguine Sect. dogmat. §. 4. II.
 illum humorē dulcem definiverit) propterea de san-
 guine lactescente, chyloso & dulcescente, mox obser-
 vationes conscribuntur & tanquam rarum & insolitum
 quid, divulgantur: merito itaque huc applicare possumus,
 quæ HIPPOCR. profitetur Lib. de vet. Medic. §. 24. text. 20.
 edit. Lind. inest in homine & amarum & salsum & dulce &
 acidum & acerbum & fluidum & alia infinita, omnigenas
 qualitates habentia! &c. ita etiam VERULAMIUS hist.
 natur. Cent. 6. n. 645. p. 882. asserit: omnium animantium
 sanguis est falsus: & hanc falsedinem in consequentiis a
 dulcedine distinguit: vix etiam multorum assensum ob-
 tinebit ZACUTUS LUSITANUS, qui in M. P. H. Lib. 2. hist.
 XI. qu. 9. p. 186. a. lit. A. edit. in fol. sanguini insignem tri-
 buit dulcedinem. GALENUS tantum dicit Lib. de atrabile
 cap. 2. quod sapore dulcis sit: pergit porro MARTINUS:
 etsi græci αἴμα blandus ab αἴμα ducunt: sed quid in græ-
 co est, quod buc spectet? an vult τάιν & ζάιν? Catholicon
 ait, vel sanguis dicitur a salio, quod saliat: Scaliger exer-
 citatione 325. n. 13. sanguis latinorum prisca vox, quibus ele-
 mentis alio utebantur flexu, ad ea designando, quæ ad reli-
 gionem pertinuerent; sic sagmina, sacrum, sanctum: præter-
 ea addit Martinus; vocem hanc primam religiosam esse non
 putem: Sanguis est cuius vi ζάιν γυῖα membra vivere que-
 unt: ζεται aliquando permuntantur; τάιν γυῖa quod servet
 membra: ideo Genes. IX, 4. carnem in anima ejus non come-
 detis: & hæc derivatio non ita affectata, coacta & remo-
 ta esse videtur, quia sanguis saliente motu naturali, sua

integritate præditus esse debet, dein quoniam illo in corpore hominis conservatio, velut *absoluto* medio necessario, impetratur: *aliam etymologiam idem Martinus profert, & pergit: Martinius Simplicius ait, forte est Sanguem (& inde sanguis) quod corpus animalis sanciat, i. e. stabilizat, aut ei velut leges valetudinis rectæ & pravæ sanciat; nisi sanguis est a γάγγει, quod coccinum & rubrum significat, sicut Sandyx & similia quædam a San notionem habent.* Græcum αἷμα refertur ab ἀνθροῖς, quod est ardere, & ex ardore rubere: Blut a blühend florere s. a βλυεῖν scaturire, vi ejus floret animal, & ille humor scaturiens est: Aliam sanguinis denominationem Cælius RHODIGINUS Lect. antiqu. Lib. 3. cap. 12. p. 130. lit. B. affert: nec illud præteriero in alexipharmacis Nicandri sanguinem dici εἶται, quoniam Vere plurimum exundet: Addimus hisce animadversionibus, quæ DIETERICUS in Fatræo Hippocr. tit. αἷμα n. 15. p. III. allegat & indicat, quæ modo superius in procœmio annotavimus; anneximus verba SENNERTI disp. de Sanguine Sectione dogmatica §. 1. alii sanguinem a sanitate derivant, quia ex hac dijudicari potest, sanguinem purum sincerumque esse in corpore sana: alii ἀπὸ τῆς ἀνθροΐδεων ab incendendo vel adurendo petunt, propter calorem, cuius sanguis fomes est: addit: nos nemini litem movebimus e quacunque etiam origine desumere vocabulum hoc contendat; interim vero grammaticis dabimus commendatam: WERLOS NIG curat. vern. autumn. P. 2. cap. 1. p. 432. refert: *Sangius a Jul. Cæs. Scagli. refertur ad ea designanda, quæ ad religionem pertinent: unde in sacrificiis sanguis dicitur, sanctus, i. e. intemeratus, illibatus, purus. Latinis nobilis & ruber ille corporis humor vitæque conservandæ instrumentum audit sanguis, qua-*

6

si sanguis a sancio, quod corpus veluti sanciat, i.e. stabilit.
Nos sanguinem in abstracto considerantes, solitaria & sim-
plicem illius substantiam advertentes, nec a saliente motu,
nec a sanctuario & sacrificio, nec a conservatrice qualitate,
nec a calore illum derivamus, siquidem omnibus, hisce quali-
tibus aliquandiu carere, attamen sanguis in sua essentia &
forma esse potest: ast nullus sanguis est absque rubore, quo
colore se ab aliis humoribus humani corporis distinguit, id-
eo omnes partes sanguiferæ non pallidæ, sed rubellæ sunt:
est itaque inseparabilis qualitas, rubor, qui sanguini vero &
sincero perpetuo & semper adest, licet in uno subiecto flori-
dior, in alio obscurior existat: GORRAEUS in definitionibus me-
dic. tit. Æqua pag. 11. a. ait: Sanguis optimus & pulcherrimus
multum rubet: & p. 10. b. Hippocrates sanguinem natura ca-
lidum esse non existimavit, quod in mortuo animali calorem
non retineat, cum tamen alii humores temperamentum pro-
prium etiam post mortem retineant - - ex quo apparet in
VIVO animali mixtum aliquid esse sanguini, cuius occasione
calidus sit: hoc additamentum illico hic author spiritum
nominat, nos generatim Motum vocamus.

§. II.

Posteaquam nonnullas animadversiones circa Subje-
&ti, præsentis thematis, notionem instituimus, in quantum
illæ applicationibus & usibus physico medicis respondent, ita
proximum nunc erit, ut prædicati rationem generalem red-
damus, qualem videlicet tractationem, aut explicationem
hac nostra opella de Sanguine ex parte promittamus, ex
parte intelligamus: etenim amplifica Sanguinis est disqui-
sitio, ita ut multi medici satis diffuse de Sanguine egerint;
ex antiquioribus varios collegerunt ZACUT. LUSITANUS

M.P.H.Lib. 2. bift. XI. qu. 9. p. 185. b. lit. E. & BAUHINUS
 Lib. 1. theatr. anatom. c. 44. in fin. conf. Avicenna I. 1. doct. 5.
 VALLERIOLA Lib. 1. loc. comm. c. 11. CARRERIUS in comm.
 cap. 2. Joan LUPUS ad Tyron. L. 3. dialog. 2. Georg. a SAA
 in quæst. de Sanguine, CASMANNUS Psychol. Part. I. cap. 12.
 qu. 3. SEGARRA, LEMOSIUS, MERCATUS, LAURENTIUS,
 VEGA, PERAMATUS, VALLESIUS, BRAVO; e propioribus,
 BARBATUS tr. de Sanguine & Sero, SENNERTUS differt. de
 Sangu. & in Epitom. natur. scient. Lib. 8. cap. 2. SANDRIES
 de statu sanguinis nat. & p. n. SCHNEIDERUS diff. de san-
 guine, BOHNUS in Circ. anat. progymn 13. WEDELIUS in
 Physiol. VATERUS in Physiol. experiment. CRAANEN tr.
 de homine cap. 7. p. 161. CHARLETON acon. animal. KNOB-
 LOCH. disput. 19. SPERLINGIUS institut. phys. Lib. 8. cap. 4.
 BOYLE in apparatu ad historiam naturalem sanguinis hu-
 mani & multi alii, communiter autem Epitomatores Me-
 dicinæ. Quod autem prædicata attinet, quæ Sanguini
 competunt, tunc quædam illorum nostris respectibus
 atque usibus non respondent, alia vicissim seorsim nostro
 instituto quadrant; in respectu privativo non agemus de
 motu sanguinis progressivo, nec de insolito colore & odore,
 nec de origine ejus & sanguificatione, neque de speciali-
 bus viribus illius, neque de generatione, fermentatione &
 corruptione, nec de usu medico & economico, nec de
 sympathia, nec de prognosi ex illo formanda &c. quoniam
 quodlibet horum argumentorum peculiarem tractationem
 & explicationem admittit atque requirit: In respectu po-
 sitivo suscepimus disquisitionem Sanguinis primo physi-
 cam, deinde etiam medicam, utraque invicem mutuam illu-
 strationem sibi subministrare debet: prior physica contem-
 platio.

platio comple&t;titur illius *analysin* quoad sua *elementa*, aut
principia materialia constitutiva, deinde ejusdem *differen-*
tiam sec. hæc *principia*, quoad diversitatem *& etatis*, *sexus*,
virium, *temperamenti*, *vitæ generis*, *diætæ &c.* nec non ra-
 tionem qualitatis *consistentiæ*, *generico & individuali intui-*
tu, ut & conditionem & considerationem *accidentalis per-*
mixtionis aliarum substantiarum materialium, quæ ad san-
 guinis *temperiem*, aut *intemperiem* acquirendam conferunt;
 quo pertinet indagatio, quænam substantiæ sanguini reali-
 ter & essentialiter inexistant & cohæreant, quæ vicissim *i-*
magineariæ & suppositæ, aut *accidentales* sint, e quibus po-
 sterioribus dein facile *falsæ*, *fictæ* & *erroneæ* ducuntur pro-
 positiones, demonstrationes & conclusiones, ut itaque
 præcedentibus suppositionibus cœca quadam credulitate
 non facilis assensus sit præbendus: *Quoad Medicam autem*
 disquisitionem annotari meretur, quomodo sanguis &
 qualitate & quantitate comparatus esse debeat, si median-
 te illo *vita & sanitas* acquiri debet; qualis sit *relatio san-*
 guinis ad diversum *motus gradum* variamque illius *speci-*
em; quibus *generalibus usibus* in *cœconomia vitæ* sanguis
 destinatus sit, qualis sit *generica relatio* illius aut *ad vitam*,
 aut *ad mortem*; quid *commercii* intercedat sanguini cum
corpore & anima; quænam requisita *materialia*, *instru-*
mentalia & formalia ad sanguinis conservationem & cor-
 poris integritatem inde indicari queant: an *in sanguine*
vita, an *eum sanguine vita obtineatur*, quænam *inter san-*
guinem & vitam cedat *discrepancia*, quid *varia organa* ad
discrepantem sanguinis qualitatem conferant &c. singulæ
 hæ considerationes amplificum nobis aperirent campum,
 quo *physico-medicam* sanguinis contemplationem ingredi

& instituere queamus, quarum autem nonnullas hoc loco
attingere lubet.

§. III.

Quod itaque Sanguinis *Physicam* i. e. quoad *principia* sua materialia & *affectiones* simpliciter *materiales* instituendam contemplationem attinet, tunc *generalem* illius *definitionem* præmittimus, & dicimus quod sit *miscela sulphureo-terrea, rubicunda, mediante diluta gelatinosa substantia in humidam consistentiam conversa, ad varios vitæ & sanitatis formandæ, informandæ & defendendæ usus, necessaria*: quo loco brevibus *communem* illam, & medicis valde familiarem præmittimus Sanguinis differentiam, qua inter *Massam Sanguineam*, & *Sanguinem propriæ, essentialiter & formaliter* in illa massa comprehensum distinguere solent: illa enim massa complectitur *colluviem, congeriem & confluxum diversorum humorum fluidorum aliarumque materiarum variis usibus ac destinationibus asservatorum*, dum vel *nutriendis partibus solidis & organis, vel reparando sanguini defienti, vel humectandi, leniendi & mobilitandi variis partibus, vel adimplendi & rite extendendi partibus vasculosis & porosis, vel depurandi & abstergendi solidis, vel resolvendi variis fluidis partibus, vel adjuvandi diversis præparationibus, depurationibus, separatiōnibus, se- & excretionibus, &c. inserviunt, & Serum, lympham, chylum, lac, bilem, salivam, &c. &c. constituunt: Sanguis vicissim genuino & proprio suo significatu in massa eadem comprehensus, est materia, quæ ab omnibus reliquis humoribus discreta est, & rubicundam illam substantiam efficit, quæ non modo *per se* rubicunda est, sed universam massam in *naturali suo statu eodem rubore imbutam**

tam oculis nostris offert: De *posteriori* itaque hac substantia, in reliqua massa fluctuante, præc. nobis differendum erit, quamvis non in nuda abstractione, verum etiam in sensu *concretivo* dein Sanguinis disquisitio paululum instituenda erit: non quidem hoc loco illorum sententiam amplectimur, qui distinguunt Sanguinem in ejus serum & cruentum sive coagulum, licet negare non possimus, quod in cruento adhuc multum seri cohæreat, & in sero & aqua & oleum & salia & aliæ particulæ inexistant: Reminiscimur autem veri alicujus testimonii authoris tr. de *digestione & morbis ventriculi.* §. 1. c. 7. & 8. (vid. A. E. L. An. 1714. Apr. p. 175.) chymici certe sanguinem dissociando, texturam ejus rumpendo, particulas dilacerando, situm mutando, ordinem variando & figuram alterando, non tam bona ejus docuerunt qualitates, quam vitia. Pro naturali enim & vera cruentis substantia nobis obtruserunt, quicquid mediante analysi & ignis tortura ex eo extorserunt. Inde enim orta sunt salia volatilia, fixa, alcalia, acida, sulphurea, spirituosa: inde enim natæ sunt ideæ de fermento, fermentatione, efferuescentia &c. quorum tamen neutrum in corpore nostro existit: vera autem sanguinis constitutio omne excludit fermentum: est enim sanguis instrumentum vitæ & fulcrum sanitatis &c. talia artificalia & quadentenus coacta experimenta circa sanguinis humani sal volatile, oleum genuinum, sal ejus fixum ad salis marini naturam accedens protulit BOYLE in *apparatu ad bistor.natur.Sanguinis;* qui illico sanguinem in duas dividit partes, serosam videlicet & grumosam, quam divisionem BOHNIVS etiam amplexus est *Circul.anatom.progymn.17.* Veritati itaque apprime respondet assertio, quod ZWELFERUS, BOHNIVS, STAHLIUS aliquique testati fuerant, videlicet

çet

cet operosa & scrupulosa chymica corporum indagatione ut plurimum magis confusa, nova & ad veram atque genuinam illorum subjectorum essentiam ac formam detegendam, minus absolute spectantia obtineri producta: in applicane ad sanguinem hanc observationem ducentes, curationi pensitationi subjicimus scrutinium, quid sentiendum sit de Sanguinis spiritu ascentio, de oleo illius æthereo, de Sale & spiritu ejusdem volatili, de variis salibus, quæ diversis speculationibus, opinionibus & theorematibus medicis ansam præbere solent; an forsan hæc examina chymica & artificiosa indiscretim naturali scrutinio sanguinis bona, si non cæca fide applicanda sint.

§. IV.

Ast dum Sanguinis forma & Essentia, non alio, quam physico & chymico examine recludi & cognita reddi potest, ideo in hoc scrutinio simplex & naturæ magis conveniens modus atque processus institui debet, ne scrupulosa ars naturalem qualitatem sanguinis confundat: agamus quoad hoc requisitum, quantum possumus, evitando inutilem curiositatem, quæ ingenuam simplicitatem prosternit atque expellit: Sanguis itaque in speciali & ab aliis humoribus distincta essentia, est corpusculum mixtum siccum minori sulphurea, copiosiori terrea eaque alcalina magis parte constans; in hac specialissima sanguinis definitio ne loquimur de sanguine in naturali sua qualitate considerando, bene quidem gnari, quod sanguis tam in tota sua massa, quam in speciali sua substantia per ætatem, sexum, temperamenta, vitæ genus, diætam &c. variet: nostræ assertionis rationem reddentes, simplicem hanc sanguinis analysin proponimus: Si copia Sanguinis, aut ex arte-

ria

ria, aut ex vena, aut aliunde effluua colligitur, aliquandiu in
 patella asservatur, tunc illa tandem *in cruorem*, aut *coagulum* transit, inde quantitas quædam *fluidæ*, *mucaginosæ*,
pinguis, *olidæ*, *aquosæ*, *salsæ*, plus minus in flavedinem in-
 clinantis substantiæ secedit, quo ad vulgo *serum sanguinis*
 vocatur; quo separato, si residuum cruentum coagulum
 in chartam bibulam & volumen ejusdem deponitur, mul-
 ta copia illius liquaminis huic se imbibit atque impræ-
 gnat, ut *primum sanguinis* pondus ad *dimidium* decreve-
 rit & in fasciculum illum chartaceum *multum pinguis* &
aquosi, paucissimum vero rubelli liquoris se instillave-
 rit: *residuus* crux in vaporoso & Mariæ balneo *leni igne*
 tractatus, denuo liquamen modice *salsum*, paulo magis
 flavescentis & oolidum dimittit, relicta immixta rubra por-
 tione, quæ si *absque coactione*, aut *tortura chymica* denuo
 vitreæ cucurbitæ committitur, & e capella arenaria tem-
 perato igne urgetur, iterata vice *humidi* & *flavescentis*
 quid *oleosi empyrevmatici alembico*, rostro & recipienti
 adhærescens, imo in præpositam recipientis aquam tan-
 tillum insinuat, remanente in cucurbita terrea, *fixa*, *sicca*,
 pulverulenta *rubra*, bolum *rubrum* referente, materia, quæ
 si adhuc *calida* est, *fragrantem sulphureum* spirat odorem:
 hæc massa si in *ignem* conjicitur facile *flagrantem* pallide
 cœruleam concipit *flammulam*: quod si illa massa, (pauca
 quantitate comprehensa, ut vix ex uno *pondere sanguinis*
 recenter effusi, duæ illius obtineantur *unciæ*) leni sublima-
 tione tractatur, tunc sublimantur pallide flavescentes flo-
 res, ut *sulphur odore*, *colore* & *flagratione* conspicui pon-
 dus drachmæ unius & adhuc infra æquantes, reliquum
 mortuum caput exhibet pulverem pallidum, cum acidis

C

liquo.

liquoribus effervescentem, ideoque *terreo-alcalinam* suam essentiam producentem: hinc commode concludere possumus, hunc *rubicundum pulverem*, sanguinem simplicem & præcipuo respectu esse corpus mixtum e plurima terrestris *alcalinæ calcareæ*, & aliquali *sulphureæ* substantiæ parte constans: *imitatio simplex & absque magno artificio chymico institui potest*, si *Salis tartari* puri partes tres & florum *sulphuris* pars una in crucibulo leni funduntur igne, emergit inde massa *rubicunda*, quæ vulgo *bepar sulphuris nominata* & aqua calida in qua tantillum purioris *ichthyocollæ*, aut *tragacanthi* albi solutum est, dissoluta, valde sanguinem animalem colore æque ac consistenza æmulatur; quo reciproco experimento absque coactione chymica, aut sic dicta *tortura artificiali*, demonstrari potest, talem sanguinem esse substantiam *essentiam*, qua denotatione positive indicamus, *quid sit*, non vero qualem figuram habeat, aut unde formetur, aut quomodo producatur, aut qualis in tota sua massa sit *Sanguis*: nam aliter definienda & resolvenda est tota illius *Massa*, aliter vicissim illa substantia, quæ in massa plena *proprie* & *genuine Sanguis* vocari meretur: Talis itaque est sanguis quoad substantiam suam in omni subjecto, ætate, sexu, temperamento &c. dum reliquæ variæ qualitates, quoad has causas & hosce respectus discrepant.

§. V.

Alia autem sanguinis analysis est, respectu totius massæ, in qua diversæ salium, sulphuratorum subjectorum, terrarumque species comprehenduntur, ita ut magna differentia sanguinis, quoad causas ita dictas naturales occurrat; in qua observatione etiam *præternaturales causæ & effe-*

effectus nec oblivioni tradendi, nec cum *naturalibus* confundendi sunt; si quis enim ad Sanguinis formam & essentiam referre non erubesceret, quæ in *hypochondriacorum*, *scorbuticorum*, *cachecticorum*, *ictericorum*, *scabiosorum*, *leproorum*, *venereorum*, *asciticorum* sanguine &c. reperiuntur adventitia, insolita & *morbifica* principia, omnes sane homines tali seminio infecti perperam dicendi essent: quod vero prædicta & a nobis allegata analysis *omni sanguini* competit, facile inquire & dijudicari potest: quoniam autem in sanguine *Sulphureum* principum præcipuum est, ideo veritati minime conformis est affectata illa assertio & larvata demonstratio authoris tractatus de la digestion & des maladies de l'estomac quando Part. II. cap. 2. sanguinis motum fermentativum hisce abnegare contendit rationibus, quod principia fermentationis in sanguine nondum sint demonstrata: NULLUM ENIM SULPHUREUM adesse; tale enim sanguinem a fermentatione potius, præservare; quod porro nullus effectus allegari possit, qui a Sulphure dependeat, nec acidum morbosum supponere deceat, quia sanguis per impetum circulationis potius acris & lixiviosus evaderet: idem author mox in initio hujus capituli secundi asserit: cum igitur causæ, quæ vitam nostram conservant, nullæ debeantur fermentationi, & motus intestinus sanguinis, qui fermentationis basis vulgo creditur, non detur, frustra etiam morborum causa fermentationi tribuetur: confusam itaque atque contradictoriam hanc decernimus assertionem, in qua medius terminus esse debet, quod in sanguine nullum principium sulphureum deprehendatur: Diffusior vicissim, si non perinde magis confusa est sanguinis analysis, quam *Raymandus Vieus-*

SENS tr. de remotis & proximis mixtionis principiis &c. tr.
 I. cap. 8. profert, Essentia sanguinis ab illo determinatur,
 quod sit corpus liquidum, pingue, rubrum, in corde forma-
 tum, reliquis corporis partibus colorem, humiditatem, nu-
 trimentum & motum præbens, vitamque adeo conservans,
 cuius moleculæ sive corpuscula e terra, phlegmate, sale &
 sulphure videantur conflatae, ac respectu ad magnitudinem
 habito, tenues, mediocres & crassæ tribus elementis quodam-
 modo respondentes intelligantur: In specie sal triplex san-
 guini inesse, tribus indicatur experimentis: sal nempe fixum
 e latice aquoso ascitici cuiusdam extractum, magnam in lin-
 gua acrimoniam excitando, quam levis tantum evanidaque
 aciditas comitetur, valdeque cum acido quodam spiritu fer-
 mentescendo, de salis acris, sive alcalini in sanguine præsen-
 tia naturali testari: sal autem pingue ex hominis sani san-
 guine exustionis, lixivii & evaporationis ministerio elicatum,
 aciditatem minime molestam præbere gustandam: urinæ
 denique salsedinem & terrestre sal neutrum ex ipsa extra-
 etum, dum ignis vi in vapores solvit, neutrum sanguinis
 sal demonstrare: Magis itaque experimentis & rationibus
 physicis atque chymicis consonum est, quod Sanguis, eo
 quia rubicundus est, omnino de sulphureo principio parti-
 ciper, id quod testatur BOHNUS Circ. anat. progymn. 13.
 p. 199. qui pariter p. 190. rubellam sanguinis partem in reli-
 qua massa præ reliqua, quam serosam nominat, quantita-
 te minorem declarat, & recte judicat, inquiens: mirum vi-
 detur, physicos ac medicos hactenus omnes de sanguinis offi-
 cina, organo ac productione adeo sollicitos fuisse ac cruentas
 fere inter se turbas & lites de his concitasse, cum tantillum
 sit, quod sanguinis, proprie ita ipsis dicti purpuram gerat:
Dubia

Dubia itaque admodumque vexata illa nobis videtur Massæ sanguineæ resolutio, quando cum CRAANEN tract. de homine cap. 17. p. 762. tam varia eidem tribuuntur principia, videlicet *aquea*, quæ sanguini fluiditatem, *terrea* quæ consistentiam, *salina* & quidem in genere, seorsim autem *acida* & tandem *oleosa*: de quibus singulis quidem generatim asseverare possumus, quod massæ sanguineæ inexistant, & quidem *volatile* & *fixæ* consistentiæ, nec tantum acida & alcalia, sed & *mediæ* essentiæ, ut cum eodem auctore exclamare possimus, *hæc salina principia particulas habent rigidas, acuminatas, teretes, tricuspides & similes*, ita ut reapse liceat exclamare, quis est, qui *salium species enumeret?* nemo horum, i.e. hominum: sed sine dubio multæ adjungit *nitroso*æ, partim ex aëre per pulmones in sanguinem intrusæ, partim ex alimentis: in qua exclamatione quædam vera, aliqua etiam erronea & ficta sunt. Similiter VATERUS in physiolog. experiment. Sect. 7. c. 24. th. 4. heterogeneas partes salinas huic massæ tribuit, quas a *saporabilitate* illius & resolutione *chymica*, dum copiosum Sal volatile urinosum præbet, ut & a *putrefactione* ejusdem, quæ præter fætorem simile Sal volatile probat, *relicto sale fixo & salso*: quæ tamen analysis denuo nobis *aceps* & *coacta* videtur: tandem reminiscimur *examinis* sanguinis bovini & humani *Chymici*, quod satis amplifice VERHEYEN in Supplemento anatomico tr. I. cap 9. p. 32. sq. exponit: sed & in eodem facile apparet, quod aut *prævia putrefactione*, aut *tortura nimii ignis* sanguini ingens vis illata fuerit, ut facile *alia*, quam quæ *naturali* statui ipsius competunt, inde producantur, subjecta, & ab *artificiali*

C 3

tali

tali coacta sanguinis indagatione ad naturalem & ordinem ejusdem statum non valeat consequentia.

§. VI.

Præcipua qualitas, qua Sanguis inclarescit, & ab aliis specialissimis humoribus corporis humani se distinguit, est *Rubor*, cuius diversæ causæ vulgo proferuntur; in *naturali* quidem suo statu ejus rubedo eminentior, attamen, ut supra diximus, per ætates, temperamenta, diætam & vitæ genus discrepans est; quando vero *motu* suo vitali destituitur, communiter in *nigrum* vergit colorem: quare generice indicamus ruborem non accidentalem, sed essentialē sanguinis qualitatem esse, licet coloris exaltatio & mutatio variis aliis *accidentalibus* causis & respectibus tribui debeat: Haud quidem LOWERI sententiam amplectimur, qui *tr. de corde cap. 3. p. 180. seq.* hunc ruborem permixtioni aëris cum sanguine in pulmonibus contingenti adscribit; cui sententiæ multum inhæret BOHNUS *circ. anat. progymnas. 13.* & SWALBE in *disquisitione therapeutica*: siquidem nec in illud assertum consentimus, quod ordinarie aër, communi sensu appellatus, membranose pulmonum texturam & substantiam penetreret; deinde concedimus, quod subtilior aëris ætherea pars illico quidem penetrare & sanguini permisceri queat soleatque, quod etiam ruboris exaltatio huic miscelæ æque adscribi queat, ac si sanguis sufficienti limpida aqua permixtus magis rutilat, quam alter sanguis, cui deficit sufficiens hæc diluens materia; aut quemadmodum in pulmonibus sanguis cum depurata lympha, a thoracico canali & sinistra subclavia vena afflua intimius permixtus, floridior & fluidior redditur, propterea tamen nec aquæ, nec lymphæ primario causa

causa formalis rubedinis adscribi meretur, ut utraque rubedinem extollat, resolvat, magisque conspicuam reddat, minime tamen efficiat; quemadmodum nec æther principalis causa ejusdem ruboris est, licet hic *sub motu sanguinis*, hunc humorem magis extenuet, rarefaciat, ideoque floridorem reddat: sicut enim color aut *realis* & in substantia materiali, forma & mixtione corporum, aut *emphaticus* & apparens est, qui posterior distinctæ modificationi, irradiationi, incidentiæ, refractioni & reflexioni radiorum luminosorum assignandus, ita quidem ad colorum conspectum, agnitionem & distinctionem radii *luminores* requiruntur, dann zu Nachts sind alle Rühe schwarz; tamen hæ causæ adspirantis aëris & concurrentis illuminationis vel *accidentalibus*, vel *sine qua non* causis annumerandæ sunt: alioquin gravis *causarum* committeretur *confusio*, simili experimento ac Job. Theod. SCHENCKIUS in *bistoria human. generat. cap. V.* p. 75. cum sanguine humano iridem præsentare docuit, quales colores vero frustra in *substantia sanguinis* inquiruntur: nec MOJOWIT opinioni assensum præbemus, qui in *tr. de Sale Nitro c. 8.* rubicundum Sanguinis colorem commixtioni particularum nitrosarum cum *Salino-Sulphureis* tribuit: quoniam ortus & accessus nitri ad sanguinem hujusque sulphureas particulas, nec non effectus atque productio ruboris in arte chymica peritis conceptu æque ac obtentu sub congrua circumstantiarum conciliatione, difficilis, si non impossibilis existit: nec cum WEDELIO in *physiol. reformata* p. 273. n. 3. calorem luminosum & fermentum, quæ nobis obscuræ & tenebricosæ ideæ esse videntur: nec cum CHARLETONIO *aconom. animal. exercit. V. ff. 9. sq. calorem*

*rem motumque spiritus vitalis principem hujus qualitatis causam esse agnoscimus: nec etiam cum VATERO in Physiol. experiment. Sect. 7. cap. 24. tb. 3. p. 659. novam digesti-
nem, attenuationem & resolutionem chyli causam hujus ruboris esse admittimus, si materiam concernimus, quamvis
hæc assertio sub sobria interpretatione aliquatenus salvari possit, quando videlicet experimenta illico prolata rite applicamus: quid quod denique aliqualis syncretismus cum chymicorum aliorum judicio de rubore sanguinis institui posset, quando illi causam ejusdem ruboris salis & sulphuris cum oleo sanguinis intimorem mixtionem esse, perhibent; ubi denuo congrua interpretatione salvari potest assertio CRAANEN l.c. p. 216. dicentis: chylum non statim mutari in rubicundum sanguinem, sed post saepius repetitas circulations, quibus sit firmior & intimior unio salis & sulphuris cum sanguinis oleo,*

§. VII.

Nonnullas haec tenus medicorum sententias de *rubeine* sanguinis recensuimus, nos itaque de *sanguine* quo ad propriam suam substantiam differentes, nec alias interfluentes humores attendantes, sepositis aquosis, oleosis, mucaginous & peregrinis falsis particulis, dicimus cum WEDELIO quod Sulphur sit principale colorum constitutivum, aut juxta observ. 167. A.N.C. dec. I. an. 10. quod sit matrix lucis; quare præcipuum causam hujus ruboris sulphureo tribuimus principio, quod ex chylo & lympha, tanquam pinguibus humoribus, sub continuo massæ sanguineæ progressu atque circuitu per & intra partes solidas, membranoso - vasculo - fibrosas, resolutum, cum aliis præc. terreis alcalinis principiis successive coalescit, sicut alias

alias *sulphur* cum *alcalinis* substantiis facillimum init commercium, & sub tali societate *ra efficax* evadit, ut compactissimum *auri* metallum tam *subtiliter* resolvere & nuda aquosa coctione separare queat, quo dein ipsum *pbil-trum* eadem soluta auri ramenta penetrant: ideo juxta principia *physica* & *chymica practica* ratum & statum est, quod homines tali *dæta* fruentes ac tali *temperamento* prædicti, quibus *multa pinguis chylosa* & *lymphatica*, nec non largior seri *bilioſi* copia generatur, multo eoque *flrido* atque rutilante sanguine instruantur, velut *Sanguinei* & *Cholerici* homines esse solent, in quibus sec. analysis chymicam relative *major* copia rutilantis, aut *rubicundæ* substantiæ, quam in aliis reperitur subjectis: Et quoniā sanguis *plurimam* sui ruboris partem retinet, etiam si a reliquis commixtis aqueis, pinguis, gelatinosis, falsis &c. partibus liberatus & separatus fuerit, in illa vero residua genuina sanguinis substantia vel *obscurior*, vel magis *conspicua* rubedo, pro diversitate subjecti, (unde ille sanguis collectus est,) vel *fortioris* magisque strenuæ tractationis chymicæ, remanens non aliunde quam *materi gliter* ab eodem principio *sulphureo* & *formaliter* ab illa *miscelavij* principii cum terreo - *alcalina* substantia provenit, ea propter remotiores & adventitias causas, *essentialibus*, proximis & principalibus haud *præferre* debemus: quod vero in *coagulo* sanguinis *inferior* pars *obscurior* sit, & ad nigredinem magis accedat, *superior* vero magis *rutilans* appareat, nondum solide probat, nærem ruborem efficeret, licet velut *externum* adminiculum ad eundem sanguinem *illustrandum* *physica* quadam relatione contribuat, dum ad *crassorum*, *mucinosarum*, *gelatosarum* & *ter-*

D

restrium

restrium particularum coagulationem accelerandam & adjuvandam concurrit, quæ ponderosiores & crassiores moleculæ fundum citius petunt, subtiliores sanguineæ autem rutilantes superius magis sub sero fluidiori, quod secessit, fluctuant, illicoque faciliter conspicuæ evadunt: recte itaque WILLISIUS in dicta de febrib. num. II. ut & David von der Befe in experiment. Et meditat. circ. verum natural. princip. Lib. I. pag. 62. ruborem sanguinis a principio Sulphureo præcipuo respectu derivant: Quando vero sanguis a figura globulosa definitur, tunc hanc explicacionem nec materiæ, nec formæ congruam esse, judicamus, dum genuina sanguinis substantia non sphærica, reliquæ etiam particulæ in massa sanguinea non æqualiter globulæ, sed pro varietate subjectorum, de quibus sanguis exceptus est, & observatorum, tales inspectiones & explorations instituentur, imo aliquando ardenteris virtutis imaginativæ discrepant: Ita enim LEEUWENHOECK in anatom. p. 54. sanguinem ranæ ovali figura præeditum delineat, p. 56. testatur aquam inter cutem & carnem fere quo ad inordinatas particulas rotundam fuisse: occasione hujus considerationis, nec LEEUWENHOECKIO adhæremus, quando in arcanis naturæ pag. 3. ruborem sanguinis hisce globulis adscribit, & illico inquit, non enim credo illos, qui de sanguinis confectione loquuntur, aliud intelligere, quam illam materiam, quæ sanguinem reddit rubrum, quales sunt hi globuli: ast quoniam hæc philosophia lepide admodum cum ejusmodi globulis ludit, & modo cohærentes & viscositate conjunctos, modo separatos & disjunctos tales globulos projicit, ideoque magis circa canticem, quam nucleus versatur, eapropter hanc observationem

tionem tantum *dubiam, fallacem, instabilem* magis sanguinis qualitatem, quam *realem* ejus enunciationem complecti judicamus.

§. VIII.

Quod porro sphæricam & *vesiculosam* hanc sanguinarum molecularum figuram attinet, tunc varii varie perbelle circa illam observationes suas instituunt & delectationes suas profitentur: hæc indagatio itaque mediæntibus *microscopiis* instituitur, quemadmodum in *transaktionibus Anglicanis experimenta Jurini & Archibaldi Adams circa inspectionem sanguinis per microscopiam*, profertur, *conf. A. E. L. An. 1723. Martii p. 75. Philosophia vetus & nova ad usum scolæ accommodata Paris. edita 1681. in 12mo*, in qua de *sanguinis analysi mechanica ex observationibus microscopicis a LEEUWENHOECKIO factis agitur vid. A. E. L. An. 1683. Januar. p. 16. Sicut MAUBECCIUS tr. de dysenteria cap. 6. sanguinem credit compositum esse ex globulis rotundis lymphæ innatantibus: & BOHNUS æque loc. cit. p. 190. globulos s. grumulos rubicundos eundem appellat, & p. 200. ait: quod sanguis in microscopio appareat, ut vesiculæ rubicundæ per lympham crystallinam translatæ: addimus pro curiositate augenda & satiænda, quæ BIDLOO tabula 23. profert: propono in fig. XVI. Sanguinis guttulam vitreo tubo inclusam, cuius particulæ adjuvante microscopio, adæcta forma demonstrantur, globoſæ vesiculæ, fibrulæ varie tortæ, stratæ atque dispositæ, massula striata, vel ovi albuminis similis, quæ vitro hermetice ab altero latere clauso calefacto, motis, rotantibusque globulis, ubique inter eorum corpora observatur: aliud præterea profert experimentum & pergit: Separato a frigefacta*

D 2

concre-

concretaque sanguinea massa, aquo ac albuminoso liquore, qui variae est substantiae ignique impositus brevi concrescit, remanet pars rubicunda, cuius fluidior portio aqua tepidæ ablurione iterata grumosi instar acervi apparet, bujus singulæ particulæ globulum vesiculosum exprimunt quorum quidam diaphani alii opaci sunt: reliqua massulae portiuncula fibris constat flexibilissimis, frigefactis vero & aëri expositis tenacissimis, tensilibus atque retiformibus: obsignat tandem hanc indegationem tertio experimento sequentibus: tertia insuper sanguinis perscrutandi methodus est, quando sanguis ab innatante liquore liberatus chartæque axungia lenitæ impositus parum exsiccatur: extrinsecam post particularum illustrationem digito levi, conterenda sanguinea massulae portiuncula, in qua statim DIVERSÆ apparebunt CONSTITUTIONIS atque FIGURÆ globuli, fibulæ atque ejusdem generis explanatae striæ: Quadrat huc observatio BARTHOLINI in Aet. Hafn. Vol. 3. obs. 3. p. 7. sq. titulo: *microscopiis detecti globuli in sanguine: in qua observatione asseritur, quod sanguis globulis conficiatur, quod juxta principia optica & Cartesiana refractio radiorum lucis ad sanguinis colorem applicari queat, quod serunt sanguinis globulosum existat, quod capilli, pinguedo, cuticula, ungues, ossa globulis repleta sint, & sicut mundus opinionibus, ita microcosmus globulis velut regatur: omnibus hisce annotationibus anneximus examen sanguinis per microscopium ramosi deprehensi a WEDELIO in A.N.C. dec. 2. an. 5. obs. 156. & VERHEYEN loc. cit. p. 32. obvium: ex omnibus autem hisce merito concludimus effientiam sanguinis minime cum figura illius esse confundendam, quoniam juxta superius traditam ejusdem resolutionem illius*

illius substantia non in nudis bullulis, vesiculis, aut globulis consistere potest, dum sanguis æque in *interioribus suis receptaculis*, quo *liber & communis accessus aëris* non patet, sed variæ *ambages & circulationes* illius præcedunt, *irradiatio luminaris* pertingit, *rubicundus* existit: attamen non negamus particulas sanguineas, vel a tota *massa* separatas, vel *superficie exsiccatas aliqualem*, licet non exacte, sed *varie* discrepantem sphæricam figuram possidere, quæ tamen non ad *genuini sanguinis substantiam*, sed ad *pinguem, unctuosam, aut gelatinosam massæ sanguineæ internatantem fluidam partem* pertinet, quæ *terrestribus sanguineis moleculis* ita adhærescit & se agglutinat, vel ut *semina in malo granato* multo numero contenta, pulpa illa *liquide mucaginosa* involuta sunt, quæ nudo & minus armato oculo velut globuli *ovales* (quales sunt globuli sanguinei Leeuwenhœckiani) conspicui evadunt: & dum illæ sanguineæ moleculæ diurno & nocturno continuo suo volvuntur motu, ideo *sphæricam* hanc figuram obtinent, continent, & sibi invicem complicantur atque cohaerent, ut juxta Leeuwenhœckianam observationem saepè numero plures illarum sibi invicem connexæ apparet. Ast cui usui hoc otiosum in medicina, præter curiositatem sit, negotium, non facile assequi licet, nisi confuso modo argumentari velimus, quod hæc figura globulosa motui sanguinis adjuvando aptissima sit: quæ opinio autem in *concreto & statu hominis vivi* conciliata variis paralogismis & contrarietatibus obnoxia est; quare huic speculationi inhærere haud placet.

§. IX.

In physica Sanguinis analysi, varii medici quæstio-

D 3

nem

nem movent, an sanguis fibris gaudeat, quam quæstio-
nem quidam *affirmativa*, alii *negativa* sententia decidunt:
e priorum serie est GORRÆUS *in defin. med. p. 11.* inquiens:
sanguis fibrarum est plenus, a quarum frigiditate ipsum co-
agulari scribunt Hippocr. Lib. de carnib. & Aristoteles hi-
*stor. anim. huc pertinet SPIGELIUS *in fabric. humani corp.**
Lib. 4. cap. 12. p. 182. qui sanguinem ex sero aqueo, rubro
colore & fibris sanguineis constare asseruit: ita enim HAR-
VEJUS *de generat. animal. exerc. 52. p. 203.* ad sanguinis sub-
stantiam refert partes fibrosas & densiores: similes fibras
in sanguine etiam FERNELIUS *Lib. 6. Physiol. c. 7.* agnoscit:
GARMANNUS *de mirac. mort. Lib. 2. tit. 7. §. 20. p. 552.* ex ra-
tione ita fibrarum existentiam in sanguine defendit: fibræ
mibi idcirco sanguini concessæ videntur, ne in capillaribus va-
sis obstructiones oboriantur: scilicet ne crassus sanguis in illa
irruat, sed saltem subtilis: ast quis non facile concipiat,
quam cito hæ fibræ, si cribri vices subire deberent, canales
potius obstruere queant, debeantque: *cuzf. BIDLOO Lc.* Nos
BOHNII amplectimur judicium, quod rationi & observa-
tioni magis conforme est, qui *progymn. 13. p. 187.* ita disse-
rit: hæc substantia gelatinosa rubicundarum particularum
vinculum est, quod vulgus fibrarum nomine appellat, & per
cujus majorem minoremque abundantiam rubedini compli-
catam, sanguinis consistentia variat, facileque aut difficilius
coalescit: quamvis enim viscus hic, si sanguis aut ex venæ
vulnere, aut aliis aquæ calenti immittatur & cum hac re-
frigescat, instar lanæ carptæ aut fibrarum membranacearum,
reticulatum sibi implexarum, lateribus ac fuudo vasis ad-
hærescat: fictæ tamen hæ sanguinis fibræ sunt, quas in hoc
nulla oculorum aut instrumentorum acies deprebendere po-
terat,

terat, sed aqua calida sanguinis glutinosam portionem dis-
solvit, quæ cum illa postmodum refrigerescens in tenuiora fi-
lamenta congelascit: mox subnectit laudatus author, quo-
modo arte tales fibræ parari queant: Etenim tota massa
sanguinea in naturali suo statu multa gelatina permixta
est, quæ in junioribus hominibus & animalibus largior,
mollior, lenior, laxior & pinguior existit, ideo talium sub-
jectorum sanguis & caro simili qualitate fruitur; hæc ge-
latinosa, viscosa & oleosa substantia reliquas ad massam
sanguineam spectantes materias magis continet, ne citius
separentur atque diffuant, ideo eadem gelatina mucagi-
nosa circumducit atque involvit particulas sanguinis ru-
bicundas terrestres, quibus comparete globulosam figu-
ram conciliat, dein reliquam aqueam substantiam in inti-
mori miscela conservat, quo toti massæ necessaria fluidi-
tas & mobilitas subministretur, ut minores vias, nictatus
& canales angustiores facilius penetrare queat: præterea
eadem gelatinosa materia canalium superficies obliterat, ut
per illos humores melius transire possint; fibras motrices
lenit & emollit, ut flexiles & tensiles maneant; organa
humectat & elubricat, ut transitui humorum magis ob-
temperent; partes teneras & sensiles linimenti instar mu-
nit, ne a salibus acribus offendantur; ipsa hæc salia per
massam sanguineam oberrantia, temperat, corrigit & in-
volvit; Sanguinis integrum congeriem a citatori resolutione
præservat; partes membronosas & nerveas grata
lubricitate delinit; impuritates, solidis partibus adhæren-
tes, abstergit; massæ sanguineæ etiam talem congruam &
volubilem consistentiam conciliat, qua sedatius, moderatius
& ordinatius per suos canales atque cribra progredi queat,

ne

ne illa aut *subtilior* atque *aquosior* sit, ubi leviori motu in *perniciosum orgasmum dissipari* solet, qui dein omnibus *vitæ & sanitati ministrantibus qualitatibus & functionibus*, valde *præjudiciosus* est, aut nimis terrestris, *crassa & densa* existit, quæ perinde momentaneis, multis & in *totu* corpore oborientibus *damnis continuam*, certam & efficacem præbet occasionem: hinc in compendio indicavimus, quales *physicæ & medicæ contemplationes* de hac *gelatina*, massæ sanguineæ intermixta, institui & indicari mereantur.

§. X.

Quod massæ sanguineæ præterea multæ species *Salinarum* particularum interfluant, satis manifestum est, quarum aliæ *fixiores*, aliæ *subtiliores* sunt, quædam *simplices*, nonnullæ *mixtæ*, aliæ cum alterius speciei salinis particulis, quædam cum *sulphurea* portione, nonnullæ cum *subtiliori oleosa*, aliæ cum *mucaginosa*, cum *terrestri substantia*, sub illa indefinenti circumvolutione, circulatione & conquassatione combinantur; siquidem ad hanc mutabilem & discrepantem genealogiam salium in massa sanguinea, varietas & ratio *dætæ, aëris, locorum, provinciarum, aquarum, vitæ generis &c.* multum contribuit: e congerie autem talium Salium, quædam *absolute perniciosa*, alia vero in tantum utilia sunt, ut alias *viscidas, crassas & tenaces* materias collquent, resolvant, incident, *abstergant*, aut *organæ quædam modo lenius, modo intensius alliciant*, quo officiis suis fungantur, testimonio *bilis*, velut monitoris *intestinorum, & seris falsi*, quod urinarias vias stimulat: siquidem alia temperata salia *blande subtiliter reliquas fibras motrices afficiunt*, quo in officio suo

suo perennent, sicut salia *valde acria* ad *Sparmos*, *Rheumatismos* & *convulsiones* ex parte disponere solent: infinuantur vero hæc salia atque generantur & communicantur vel e *prævia* variorum humorum aut *resolutione*, modo laxiori, modo intimiori, aut *rarefactione*, vel ex *ingestis*, vel ex *atmosphærico* aëre; eapropter *discrepans* hæc salium miscela cum massa sanguinea quoad *quantitatem*, *qualitatem* & *modum* mixtionis ad *colorem* & *consistentiam* sanguinis diversam disponere solet, ut nunc sanguis *floridior*, alibi *obscurior*, modo in *flavedinem* inclinans, alias *pallidior*, mox *subtilior* & *tardius* coalescens, interdum *cito* congrumescens, aliquando *irregulari* & *inæquali* permixtione præditus deprehendatur: ideo etiam *Sanguinis mixtio*, *color* & *consistentia* *discrepat*, quando is *fortius* commovetur, *rigidioribus* fibris agitatur, *citius* & *intensius* per canales & organa, per carnes & tunicas transprimitur, indeque magis incalescit, quales qualitates in *cholericis* subjectis deprehenduntur, quorum sanguis *flammeo* magis ac *rutilante* colore præditus, subinde etiam *subtilis* ac magis spumescens, nec non *acrior* & *salino sulphureo* odore qualificatus existit; in quo plus seri biliosi, volatilis & penetrantis interfluctuat &c. dum contra *melancholicorum* sanguis *obscurior*, *crassior* & *ponderosior* est, cui *parum aquæ* humiditatis innatat, paucum *subtilis sulphureæ*, sed plus terrestris & mucidæ viscidæ ac salinæ fixioris acidæ substantiæ inexistit, qui *tardius* & *impeditius* mediantibus *strictis* & *aridis* fibris intra *ampliores* canales circulatur, cui crudior *chylus* & parcior *fluida* & diluens materia affunditur & intermiseretur: *Sanguineorum* sanguis saturatus, consistens, gelatinosus ein flettes Blut, etiam causas suas physicas

ficas & medicas habet, cur ab aliorum subjectorum sanguine discrepat, in qua diffusori commemoratione diutius moram necesse instituti nostri ratio haud permittit: Perinde Sanguinis massa pro differentia ætatis variat, in quantum juniora subjecta molliori & magis liquida fruuntur diaeta, provectione vicissim, consistentiori, ac duriori magis delectantur victu: ut huc quadret antiquorum medicorum canon, qualis cibus, talis cibylus, sanguis, sanitas &c. propterea in hac ætate sanguis est dilutior, rubicundior, pinguior, laxior, lenior, mollior, fluidior &c. Variat porro sanguis qualitatibus suis physicis quoad ingesta, in quantum liberalius & saepius salina acida, aut spirituosa, generosa, sulphurea, aromaticæ, aut sicca aut humida &c. ingeuntur: De diverso odore sanguinis cui volupe fuerit, quedam indagare, adeat GARMANNUM l.c. Lib. 2. tit. 8. §. 34. sq. discrepat & ille, pro diversitate modo dictarum causarum: variat insuper pro discrepantia vitæ generis, quoniam hominum laboriosorum sanguis ad conspectum meliores qualitates habet, quam otiosorum: ideo venatione fugatarum ferarum sanguis totus spumosus est: Discrepat præterea sanguis colore & consistentia, pro organorum, quæ transit fabrica: ita generatim venosus sanguis arterioso obscurior est; dextri cordis thalami sanguis nec ita rutilans, nec ita fluidus ac sinistri existit: Sanguis in pulmonum Substantia spumescit: quare in hæmoptysi sanguis spumidus quando ejicitur, pulmonibus debet, si autem splendidius rubens, ast minus spumescens fuerit, evasculo asperæ arteriæ truncum percurrente erupit: quare iterum judicio BOHNII subscribimus l.c. p. 199. testantis: ad vesiculosam figuram sulphureas particulas intra pulmones evebi,

evehī, colligitur quod purpureus & spumescens magis inde profluat sanguis, nigricans, qui eosdem influxerat: quam nihilominus spumescētiam rubedinis splendentis authorem esse, vel agitatio sanguinis V. Sectione educti testari poterat: conf. HIPPOCR. Sect. V. apb. 13. Coac. præn. n. 62. GALENUS de loc. aff. Lib. 4. Prosp. MARTIANUS ad aphor. pag. 457. JACOTIUS in Coac. p. 795. DIETERICUS Fatr. Hippocr. n. 142. p. 276. Porro in Liene & utero sanguis spissior & obscurō facilius humore notatus appetet; hinc juxta communem accusationem sanguis nigricans & spissus vocatur ein schwermüthig, und Milzsichtig Blut: idcirco WEDELIUS in physiolog. reform. p. 304. ait: *Lien consistentiam sanguinis dispensat*: quamvis hæc assertio bono indigeat interprete. Quod denique Sanguinis massæ nec aér, nec æther desit, nulli dubitamus; hic sicut omnia corpora physico modo penetrat, ita laxior corporis compages illius aditum ad sanguinem haud præcludit: ille vero cum vietu & potu abunde corpus nostrum ingredi potest & sollet, (conf. ELIAS CAMERARIUS dissertationibus de Spiritibus, qui aéri insignem viam in sanguinem cum alimentis admittit) ut non necesse sit ex inspiratione illius accessum ordinarium intra sanguinem haurire, quæ assertio multis rationibus & experimentis infringi potest, insuperque peculiari disquisitione indiget; vid. BOHNUS loc. cit. p. 68. seq. progrymn. 4. AMMANNUS in Parænesi p. 305. Job. Mau rit. HOFFMANNUS in idea machinæ humanæ Sect. 16. §. 3. p. 147. GARMANN. de M. M. Lib. 2. tit. 3. §. 55. Sed placuit tantum aphoristice has observationes allegare, quoniam singulæ ampliorem & peculiarem magis postulant tractationem:

tionem: conf. DIETERICUS in *Jatv. Hippocr.* p. no. sq. n. 15.
de *Sanguinis analyse*.

§. XI.

Id in ordine præsentis disquisitionis paululum ad-
huc inquirere placet, quid judicandum sit de *anima in san-*
guine; Qui ad Sacrum Codicem provocant e locis Genes.
IX. 4. ne carnem cum suæ animæ sanguine comedatis, Levit.
XVII. 15. animantium omnium anima sanguis est, qui pro
ipsius anima est, & Deut. XII. 23. tantum a sanguine vescen-
do vos abstinetote, ne cum sanguis sit anima, animam cum
carne comedatis, illi animam inde *materiale*, corpoream,
sensitivam, a rationali distinctam, cum corpore commer-
cium tamen tenente demonstrare & evincere contendunt:
paucis scrutari lubet, quid inde concludere liceat, tam se-
cundum *interpretum* sententiam, quam juxta *rationis di-*
ctamen: *naturæ τὸ ἐντὸν* sensus esset, quod *in sanguine vel*
ut vehiculo, *involucro*, aut *massa lateat causa quædam*, quo
ad specialem quidem *essentiam ignora*, quoad litteram ve-
ro *anima dicta*, aut quæ causa ipsa anima esse deberet, sed
cum tam *somaticæ operationes & virtutes* de eodem san-
guine prædicarentur, vix *communia principia materialia*,
sanguinem constituentia, hanc animam esse posse, sed *sub-*
tiliorem, *generosiorem*, *spirituosiorem* & quidem *arterio-*
so sanguini inexistentem substantiam esse debere; & hæc
ita præsumuntur, supponuntur & creduntur, *nulla au-*
tem ratione demonstrantur & confirmantur, ita ut adhuc se-
cundum hasce ambages *anima sensitiva vivificans* in san-
guine *essentialiter latitans merito non entibus* adscribi me-
reatur: Quod enim notationem *animæ* in S. S. attinet, tunc
illius acceptio *multiplex* est; *varios tales significatus pro-*
ferunt

ferunt Job. Henr. MAJI Supplem. in Lexic. Hebraic. Coccejt p. 518-522. CASTELLUS Lexic. p. 2371. GLASSIUS Philol. Sacr. p. 1509. generatim significat animam, dein animam in se viventem, hominem, vitam Genes. IX. 4. 5. cap. 37. v. 21. Levit. XVII. v. 11. animam rationalem, Genes. II. 7. hominem s. singulos homines & singula animalia, corpus cum sensu, corpus animalis, sed in determinationis a vita sensu, affectum naturalem, habitum Genes. I. 3. Job. XLI. v. 12. mentem, voluntatem, desiderium &c. quis horum significatum praeditis textibus accommodandus sit, perspiciendum erit: LUTHERUS in der kurzen Auslegung über die ersten 25 Ps. Psalm 21. v. 30. scribit: Das Wort Nephesch heißt ein lebendiger Leib, oder Leib und Seele bey einander, wie es bey einen lebendigen Thiere ist; & Genes. XLVI. v. 27. Das Hebräische Wort Nephesch heißt allenthalben in heiliger Schrift eine Seele, und der ganze Mensch wird also genannt, denn wir sagen, der Mensch habe Leib und Seele und nennt ihn entweder einen lebendigen Leib, da eine Seele darinnen ist, oder animal ein vernünftig Thier. Et ita etiam Sanguis in S. S. diversimode accipitur, aut enim pro occiso homine Job. XX. 5. pro cædis causa Levit. XX. v. 9. Jof. II. 19. Judic. IX. v. 24. 2 Sam. I. v. 16. quo pertinet acclamatio Iudæorum Matib. XXVII. v. 25. & Actor. XVIII. v. 6. intelligitur porro pro cæde 1 Reg. II. 5. 2 Reg. IX. v. 7. Ps. CVI. v. 3. pro suppliciis capitalibus Ps. LI. v. 16. pro impura & peccaminosa hominis origine Job. I. v. 13. pro connata peccaminosa infectione Jerem. XVI. v. 6. pro corporis infirmitate 1 Cor. XV. v. 50. pro homine ex anima & corpore constante, quatenus peccato inquinatus est. Matib. XVI. v. 17. Galat. I. v. 16. pro bruti anima Levit. XVII. v. 11. 14. pro clamore de

vindicta coram Deo Genes. IV. 10. & Eздr. XV. v 8. Ebr. XII. v. 4. Apoc. VI. v. 10. pro libidine Ps. LI. quis iterum de hisce sanguinis significatibus, prædictis textibus conveniat, decidendum erit; ut nihil dicamus de diversa illius acceptione inter profanos scriptores: ubi pro genitura & semine habetur a SORANO EPHESIO in *Isagoge* cap. 16. GALENO Lib. 2. conf. OCTAVIUS HORATIANUS Lib. 4 *rer. medic.* sic nati ex nobis sanguis vocantur VIRGIL Lib. 6. Æneid. *projice tela manu, sanguis meus:* quare fratres germani consanguinei nominantur TIRAQUELLUS retract. tit. 1. ff. 1. gl. 9. Similiter SOPHOCLES fratres δμαιμοις ejusdem sanguinis appellat: de Polite animam efflante dicit VIRGILIUS Lib. 2. Æneid. concidit ac multo vitam cum sanguine fudit: non minus pro genere & natalibus dicitur ap. VIRGILIUM Lib. I. v. 19. pro generatione & cloro sanguine genitis Seneca in *Octavia* v. 90. Ex hac diversa animæ & sanguinis acceptione cuilibet liberum sit judicare, an prædicti textus id absolute inferant, quod in sanguine sit animæ materialis, sensitiva, vivificans & quoad specificam essentiam & virtutem ignota & abscondita, & an non anima immaterialis cum sanguine commercium inire queat.

§. XII.

Quod autem porro *interpretes* varios attinet, tunc e Medicis BARTHOLINUS tr. de *Sanguine verito* p. 4. scribit: *ipse Jēbova vocat animam sanguinem Genes. IX. 4. ubi anima & sanguis pari passu ambulant* (est ratione essentiæ confundi haud debent) *quem sensum expresserunt LXX. interpretes ēν αἵματι Ψυχῆς: & Samaritanus cum anima ejus, quae est sanguis ejus, sicut & arabs clarus: cum sanguine ipsius, quoniam ipse est anima ejus* (est hic iterum a brutis

brutis non valet consequentia ad hominem) nec hinc abiit
Flavius Josephus Lib. III. antiqu. jud. cap. 10. sanguinis cer-
te esum ideo vetuit, quod bunc Φυχὴν καὶ πνεῦμα animam &
spiritum putarer (manet autem adhuc dubitatio, qualis a-
nimæ significatus huc quadret) non proprie, sed synecdo-
chice multi explicant, vel quotenus anima est in sanguine
(convenit hæc sententia cum illorum dogmate, qui ani-
mam etiam rationalem per universum corpus essentiali-
ter extensam statuunt) ita *Syrus Genes. IX. carnem cuius*
sanguis est in anima ipsius: quomodo & *Hebræus, Vulga-*
tus, Onkelos, Samaritanus ad Levit. XVII vel quia sanguis
est animæ vehiculum. *Arabs Levit. XVII. animæ carneorum*
omnium domicilium sanguis est: (propterea nec anima
materialis esse, nec sanguinis aut hujus motus anima esse
debet sensitiva corporea) eleganter *ISIDORUS Lib. XI. orig.*
cap. 1. sanguis proprie animæ possessio est: & p. 5. revera ta-
men anima humana divinioris est naturæ: disputat de hac
Laetantius lib. de opif. Dei cap. 7. recte negans si anima san-
guine aut per vulnus effuso, aut febrium colore consumpto,
videtur extingui, continuo in materia sanguinis animæ ra-
tionem esse ponendam: conf. quæ porro p. 6. differit, ubi in
brutis animam & sanguinem synonymice interpretatur,
eodem significatu uti sanguis & vita, quæ tamen separa-
ta sunt subjecta quoad suam formam & essentiam inter-
dum pro uno accipiuntur: recte itaque *Roder. a CASTRO*
Lib. 2. de meteor. microcosm. cap 15. p. 84. dicit: sanguis est
instrumentum animæ & sequitur animæ motum. Porro
Hugo GROTIUS illud Levit. XVII. animæ omnis carnis est
in sanguine ita exponit: vita carnalis est in sanguine & ita
est metonymia: *MARTINUS* dicit vitæ sedes anima est:

BOHN.

BOHNUS pro gymnas. 17. p. 185. animam sanguinis motum
vitalem vocat: POLUS ita commentatur in Levit. 17. v. 16.
Vol. 1. p. 529. lit. b. pro anima ejus ipse sanguis est, vice ani-
mæ: sanguis conjunctus est ipsi animæ, & ita hanc vocem
pro nominativo absoluto sic verto: nam ad vitam omnis
carnis quod attinet, sanguis ejus pro vita ejus est; anima
sanguis ejus est, scilicet consecutive, quia vita consequitur
sanguinem: in Genes. IX. v. 4. ita scribit: accomedit carnem
dum est in anima sua i. e. in sanguine suo, dum adhuc præ-
dicta est anima & sanguine, h. e. dum odbuc vivit, ne ve-
scamini carne cruda & cruenta, quia sic evaderitis crudeles:
significat sæpe Ebræis anima illa vita, quæ sanguine & ba-
litu continetur: anima, vita & sanguis idem significant:
sic dicitur, quod sanguis sit animæ & alimentum proximum,
quo conservatur & fovetur & instrumentum ad functiones
vitales: anima hic pro vita sumitur Job. II. v. 6. Job. X.
v. 15. 17. porro: nam anima omnis carnis sanguis ejus est,
pro anima ejus est, nam ad vitam omnis carnis quod atti-
net, sanguis ejus, pro vita ejus est: & Deuter. XII. v. 23.
Vol. 1. p. 726. b. sanguis pro anima: hebr. sanguis est anima
i. e. sedes animæ; quia sanguine alitur & servatur vita, id-
eo animam vocat vitam, animam cum carnibus i. e. car-
nem cum sanguine: GERHARDUS de Legibus Ceremonialib.
& forensib. tr. 2. cap. 1. §. 25. p. n. 381. Tomi tertii edit. in
4to ait: carnis anima dicitur Levit. XVII. vita animantis
est in sanguine, nim. quia sanguis est proximum animæ in-
strumentum, amicus naturæ filius, ut Avicenna loquitur.

§. XIII.

Prosequimur hæc testimonia & præterea produci-
mus CALVINUM in Genes. IX. 4. p. 68. non dubito, quia Mo-
ses

ses de anima locutus, sanguinem exegetice addiderit, quasi diceret carnem cum sua vita quodammodo vorari, ubi sanguine suo imbuta comeditur; quare vita & sanguis non ponuntur tanquam res diversæ, sed unum significant, non quod sanguis per se vita sit: Distincte porro ac nervose dicta illa OSIANDER interpretatur Levit. XVII ad v. 16. p. 152. quamvis non tantum Cyprianus in sermone de Cœna domini scripscerit: vita hominis licet habeat aliquam affinitatem cum sanguine, non tantum solo sanguine regitur, sed anima dat sanguini coloris & nutrimenti effectum. sicut & cœteris, quæ in corpore sunt propria distribuit officia & dividit motus & quasi talenta partitur, ipse etiam Lutherus rediderit des Leibes Leben, ut videatur proinde dicendum, non tam animam ipsam, quam ejus motum & operationem esse in sanguine: nihilominus a posteriori desribentes animæ præsentiam, noluerunt substantiæ informationem negare, sed indicare Cyprianus & Lutherus: pag 153. varios significatus vocis ΖΕΝ profert, & addit: hoc loco pro vita accipitur & sensus propositionis est: vita hominis consistit in sanguine, i.e. continetur & fovetur in sanguine simul etiam ac sanguis removetur, perit unio animæ cum corpore. Augustinus contra Manichæos dicit: exponenda sunt bæc verba de signo, quod signum animæ sit sanguis calidus: porro OSIANDER pergit: vox ΖΕΝ significat & animam & animatum sive vivens, ut verti possit hoc modo: sanguis est animatus: In Deut. XII. ad v. 23 p. 113. dicit: in vocabulo anima est metonymia adjuncti pro suhjecto & notatur sedes vel vehiculum animæ interprete Piscatore Herbornensi disp. p. 531. claudit tandem OSIANDER pag. ub. b. Sanguis non est anima, sed sedes, sive vehiculum ejus ut Levit. XVII.

v.ii. exponitur, est igitur in voce anima metonymia adjuncta pro subjecto. Accedat CAEOVII commentatio Deuter. XII. 23. non debere animam comedere cum carnibus i.e. carnem simul ac cum sanguine: & in Genes. IX. 4. Rabbi Saadias & quidam non ignobiles Ebraeorum magistros interpretantur, nam ut Moyses primam dixerit carnem cum anima non comedendam deinde semet exponens addidit i.e. cum sanguine: Sanguini datur nomen animæ. Non possumus non quin adhuc prioribus testimoniorum annectamus Job. CLERICI interpretationem Genes. IX. vers. 4. videntur in banc sententiam delapsi posteriores Rabbini quod וְאַנְיָם passim vitam designet, quod si hic ita intelligatur sensus interdicti hic erit: modo ne carnem in ejus vita s. sanguine comedatis: neque hæc absurdâ est sententia, sed Loca Levitiei & Deuteronomii, quibus simpliciter sanguine interdictum atque effundi jubetur ostendunt hic ipsius sanguinis esum vitari, non membra ex animali vivo discepti: Seu וְכֹל vita sit, aut anima vitae principium, perinde est: Quibus testimoniorum probamus quod illi qui potentes & præstantes in sensu S. Codicis cognitione & interpretatione sunt, non probaverint ipsum sanguinem animam, aut animam materialem in sanguine esse, sed quod anima eximium commercium habeat cum sanguine, ideoque sanguis valde necessarium instrumentum sit, pro vita producenda, introducenda, conservanda & distribuenda, ita ut sine sanguine anima in corpore subsistere & operari nequeat: quicquid enim de anima illa sensitiva aristotelica prædicatur, non enti, cuius alioquin nulla sunt prædicata, competit; nam præter notationem nominalem, omnia reliqua de tali supposita anima ænigmatica & occulta sunt, quoniam vero

vero de occultis non judicat Ecclesia, ea propter uberiora
 testimonia, pro nostra sententia militantia ex Augustino,
 Hieronymo, Ambroso, Aen Esdra & recentioribus Theo-
 logis proferre non placuit: tantummodo adhuc coroni-
 dis loco allegamus TIR AQUELLUM in XV. Legum Connubialium
 Glossa Prima Part. XV. num. 16. p. 213. tit. marginali:
Sanguis pro anima sq. Franc. VALESIUM Sacr. philos. cap. 5. pag. 79. WOODWARD in historia natur. telluris.
GARMANNUM de mirac. mort. Lib. 2. tit. 7. §. 121. pag. 608.
 Est itaque Sanctæ Linguæ familiare animæ tribuere prædicata corporis (ubi sane alienum esset Sacro Codici impun-
 tare, quod distinctionem Peripateticorum inter rationa-
 lem, sensitivam & vegetativam animam acceptaverit) &
 corporeis subiectis attributa animæ, velut sanguini in S.S.
 adscribitur clamor, quod non nisi per prosopopæiam fieri
 potest vid. GLASSII Rhetor. Sacr. Lib. V. cap. 9. num. 4.
 p. 1835. GERHARDUS in Genes. IV. GESNERUS in eund. lo-
 cum qu. 6. p. 118. CALOVIUS, SCHMIDIUS, DANNHAUE-
 RUS & varii alii: quare stilo & harmoniæ S. Codicis con-
 formes nos etiam in hac meditatione exhibemus: Et cum
 multa adhuc restant in præsenti Hæmatologia expli-
 canda, limites tamen inauguralis Speciminis hic jubent
 quiescere: (haud enim insimæ dignitatis essent argumen-
 ta, an vita & vires in Sanguine hæreant & subsistant:
 quid judicandum sit de balsamo & spiritu ascentia sanguini-
 sis, de virtute nutritiva & vivificante sanguinis juxta
 Harvei sententiam, de calore & calorifica sanguinis effi-
 cacia, an sanguis fermentationi obnoxius sit, quænam
 materiæ & qualitates plus vel minus sanguini proficuae
 aut nocivæ existant, quid & quo neku causarum sanguis

ad prudentiam conferat juxta HIPPOCRATEM Lib. de flatib.
 s. 20. text. 3. & Lib. I. de morbis s. 28. text. 2. edit. Linden.)
 ideo ne quid nimis, dum præter institutum præsens tra-
 tatio in paullo ampliorem disquisitionem excurrerit, aga-
 mus neve Lectori B. tœdium creemus, præsentem consi-
 derationem abrumpimus, DEO Clementissimo devotissi-
 mas grates referentes, quod huic disquisitioni exarandæ
 prosperis annuerit successibus, cui reliquos nostros co-
 natus ita consecramus, ut desideratus semper eos-
 dem comitetur

F I N I S.



NOBILI

NOBILI AC CLARE DOCTO
DOMINO CANDIDATO
S. P. D.
FRIDERICVS HOFFMANNVS.

Quisque fere medicinae sacris additus
genuina artis salutaris principia rec-
tamque medendi rationem se adsecutum
esse sibi persuadet; cum ipsi tamen haud
perspectum sit, perpetuas fere inter me-
dentes tam ratione theoriae quam praxeos
regnare dissensiones atque discordias. Id
quod etiam sua iam aetate CELSVS in
praefat: operis sui eruditissimi annotauit:
non veras esse, inquiens, medicorum rationes,
patet ex eorum, qui in hac scientia discepta-
runt, discordia. Absit vero, quod ipsa ars,
quae simplex perspicua & certissimis niti-
tur principiis, controuersiarum, dubitatio-
num & dissensionum caufsa iure meritoque
possit haberi. Nam haec ipsa veritatibus

F 3

facti,

facti, quae in sensus incurruunt, siue adcu-
rate adnotatis & completis obseruationi-
bus neque minus rationibus euidentibus
certo nexu inuicem coniunctis est super-
strueta; cum potius omnium dissensionum
& concertationum caussa, in abusu philo-
sophiae naturalis, qua abdita & plane im-
perscrutabilia quisque penetrare frustra
conatur, sit quaerenda. Qua de caussa
quoque rectissime in fine iam laudatae
Praefat: CELSVS monuit: *rationalem esse de-
bere medicinam, instrui vero ab euidenti-
bus caussis, obscuris, non in cogitatione ar-
tificis, sed in ipsa arte reiectis.* Illud enim
quod firmum, quod vtile & necessarium in
arte medica est, hoc simplex clarum, &
eognitu haud difficile obseruatur, ac ob-
seruationibus, anatomicis, chymicis, chi-
rurgicis & practicis vnice continetur.
Quare ego semper magni facio illos in re
medica auctores, qui sepositis philosophi-
cis subtilitatibus ac maxima parte inepti-
is, illa tantum, quae vsum habent & quo-
rum ratio ex luculentis caussis peti potest,
pertractant. Quo nomine mihi semper
maximopere plaquerunt Helueti Ciues
Tui,

Tui , inter quos Gesneros , Hildanos,
Bauhinos, Muraltos, Zwingeros, Wepf-
feros , Harderos , Bonetos , Plateros,
Mangettos, Clericos , Sceuchzeros, Brun-
neros , Königios , Anhornios , Payeros,
Halleros quam maxime veneror, qui mis-
sis inanibus theoriis ob praeclara in arte
medica scripta & obseruationes immor-
talem sibi gloriam compararunt. Quo-
rum magnorum virorum vestigia, PER
EXIMIÆ CANDIDATE, secutus , in
academia tam Lipsiensi quam nostra Fri-
dericiana ea potissimum studia, quae v-
tilitatem foenerant, & ad artem exercen-
dam necessaria sunt, summa industria & as-
siduitate, de qua & ego testis esse possum,
excoluisti. Quos profectus, si eadem in-
dustria perrexeris , nullum dubium est ,
quin communem multorem salutem ulte-
rius augere & perficere possis. Caeterum
gratulor de specimine inaugurali & hono-
ribus tibi collatis, qui vt in Diuini Numi-
nis gloriam, parentum gaudium, aliorum-
que salutem prospere cedant atque fe-
liciter euenant ex animo
precor.



10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000
1001
1002
1003
1004
1005
1006
1007
1008
1009
10010
10011
10012
10013
10014
10015
10016
10017
10018
10019
10020
10021
10022
10023
10024
10025
10026
10027
10028
10029
10030
10031
10032
10033
10034
10035
10036
10037
10038
10039
10040
10041
10042
10043
10044
10045
10046
10047
10048
10049
10050
10051
10052
10053
10054
10055
10056
10057
10058
10059
10060
10061
10062
10063
10064
10065
10066
10067
10068
10069
10070
10071
10072
10073
10074
10075
10076
10077
10078
10079
10080
10081
10082
10083
10084
10085
10086
10087
10088
10089
10090
10091
10092
10093
10094
10095
10096
10097
10098
10099
100100
100101
100102
100103
100104
100105
100106
100107
100108
100109
100110
100111
100112
100113
100114
100115
100116
100117
100118
100119
100120
100121
100122
100123
100124
100125
100126
100127
100128
100129
100130
100131
100132
100133
100134
100135
100136
100137
100138
100139
100140
100141
100142
100143
100144
100145
100146
100147
100148
100149
100150
100151
100152
100153
100154
100155
100156
100157
100158
100159
100160
100161
100162
100163
100164
100165
100166
100167
100168
100169
100170
100171
100172
100173
100174
100175
100176
100177
100178
100179
100180
100181
100182
100183
100184
100185
100186
100187
100188
100189
100190
100191
100192
100193
100194
100195
100196
100197
100198
100199
100100